



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Arearvm Insvlæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13059**

392 *Pap. Mass. descr. Francia*  
*tonius Idibus Maiis ad Forum Julii*  
*cum primis copiis venit. Ventidius*  
*bidui spatio abest ab eo. Lepidus ad*  
*Forum Vocontii castra habet. Quilo-*  
*cus à Foro Julii quatuor & viginti*  
*millia passuum abest. Ejus flumi-*  
*nis ostium Ptolomæus ponit inter*  
*Olbiam & Forum Julium. Prope*  
*& sub eo fluit Argentens fluvius ma-*  
*ioris fame quàm inflator. Hæc sunt*  
*verba nobilis historici Guilielmi*  
*Bellaii viri militaris. Et à Foro Ju-*  
*lio Modium vsque sunt tantum qua-*  
*tuor provinciales leucæ, quarum*  
*quælibet complectitur quatuor mil-*  
*lia passuum.*

*Mais.*

*Les isles  
d'Eres.*

## AREARVM INSVLÆ.

*Innocentius tertius Arelatensi Ar-*  
*chiepiscopo, ut in Arearum in-*  
*sula monachi de Episcopi con-*  
*sensu & voluntate instituantur.*

**A**D audientiam nostram nove-  
*ris pervenisse, quòd cum olim*  
*in insula Arearum fratres quidam*

Francia  
Forum Julii  
Ventidius  
Lepidus ad  
bet. Quilo-  
& viginti  
Ejus flumi-  
ponit inter  
um. Prope  
fluvius ma-  
. Hæc sunt  
Guilielmi  
à Foro Ju-  
tantum qua-  
e, quarum  
quatuor mil-

SVLÆ.  
elatensi Ar-  
trearum in-  
scopi con-  
stituuntur.

tram nove-  
nd cum olim  
res. quidam

per Flumina. 393

Cisterciensium fuerint commorati, eis à  
Sarracenis in captivitatem deductis,  
quia locus est mari vicinus, ad eam  
se quidam regulares Canonici tran-  
stulere. Verùm cum ipsi præ nimia  
paupertate locum ipsum nec ædificiis  
possint, nec possessionibus ampliare,  
in eo monasticum ordinem institui  
desiderant, secundum fratrum Ci-  
sterciensium. Constituta, & id etiam  
Episcopus diocesanus affectat. Ideo-  
que Fraternitati tue per Apostolica  
scripta mandamus, quatenus si ad  
hoc diocesani Episcopi, & eorun-  
dem fratrum concurrat affectus, in  
memorata insula monachos Cister-  
ciensium instituas: facturum de Canonicis  
memoratis quod expedire videris se-  
cundum canonicam honestatem. Da-  
tum Romæ apud S. Petrum 17.  
Calend. Julii.



Eves. Innocentius III. Massiliensi &  
ques de Agatenſi Episcopis.  
Mar-  
seille &  
Agde.

**C**um dilectus filius Abbas de Floreia. nuper ad nostram presentiam accessisset, nobis exposuit diligenter, & hoc ipsum Abbatis insularum, & aliorum quorundam littere continebant, quod in insulis Aræarum fratres Cisterciens. quondam fuerant commorati. Sed eis in captivitate paganorum deductis, quoniam locus maris erat vicinus, illuc se quidam Regulares Canonici transtulerunt: qui licet jam per annos triginta Canonorum Regularium habitum portavissent, opera tamen contraria regularibus faciebant. Sed ad se Domino inspirante reversi monasticum ordinem ibidem plantari valebant, secundum Cisterciens. instituta, quod etiam diocesanus affectabat. Unde nos ad Abbatis ipsius instantiam venerabili fratri nostro Arelatensi Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut si diocesani Episcopi, & eorundem fratrum in id ipsum desideria convenirent, Cisterciens. monachos

Arche-  
vesque  
& Arles.

institueret in insula memorata, facturus de Canonicis quod crederet expedire secundum canonicam honestatem.

---

## A R E L A T E.

**A** Relate Sextanorum militum sextæ legionis colonia est, ut ait Pomponius Mela, eleganterque ab Aufonio describitur his verbis:

*Prodi duplex Arelas, quam Narbo Martius, & quam*

*Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis,*

*Præcipitis Rhodanis sic intercisæ fluentis,*

*Ut mediam facias navali ponte Plateam,*

*Per quam Romani commercia suscipis orbis,*

*Nec cohibes populosque alios, & mœnia dictas,*

*Gallia queis fructus, gremioque Aquitania lato.*

*Prudentius Peristephanum:*